

Philipp Hartmann Christop Hopstock

Decas Quaestionum Miscellaneorum philosophicarum

Rostochi[i]: Reusnerus, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729600130>

Druck Freier  Zugang



RU phil 1639

Philipp Hartmann

Christoph Kopstock

DECAS ^{145.}
Quæstionum Miscellanea-
rum philosophicarum

Quam

Divina favente gratia

ET

Consentiente Amplifs. Philosophorum
Collegio in incluta Rostochiensium
Academia,

SUB PRÆSIDIO

Clariss. ac Doctissimi VIRI.

DN. M. PHILIPPI HARTMANNI

Lubenâ Lufati,

Publico Doctorum examini subjicit

CHRISTOPHORUS HOPSTOCCIUS
Laubâ Lufatus A. & R.

In Acroaz. majori, ad diem 7. Septemb. hora 8. matutina.

C. Jul. Cæsar lib. 6. de Bell. Gal. p. 221. dicit

Multum cum in omnibus rebus, cum in re militari fortuna potest. At
nos dicimus multum cum in omnibus rebus, tum in re literaria potest
exercitationum labor.



ROSTOCHI,
Literis JOHANNIS REUSNERI,
ANNO M. DC. XXXIX.

Questionum Philosophicarum

the philosophiarum

Collegii Philosophici Rostochiani

Dr. M. R. HARTMANNI

CHRISTOPHORI ROSTOCKENSIS

M



Rostock

Printed at the University of Rostock

Quæstio I.

An S. S. Theologia sit Habitus practicus?

(1.) **L** Is hujus controversiæ dependet ex ignorantia terminorum, & distinctionis habitus practici & Theoretici: primò autē necessariò distinctio est concedenda inter habitum practicum, & theoreticū, & quod hi contradictoriè sibi opponantur, non negandum. Est ergò Habitus theoreticus, qui res necessarias cognitionis gratia, id est, quæ tantum in cognitione consistunt, contemplatur. Habitus v. practicus, qui res contingentes propter usum aliquem practicum inquirat.

(2.) Argumenta partis negantis, Theologiam non esse practicam hæc inprimis sunt. 1. Quæ disciplina versatur circa res necessarias, ea est theoretica. At Theologia hoc facit. E. 2. Cujus finis est theoreticus, illa etiam disciplina est theoretica at Theologiæ est talis, quia *διδασκαλια* & *ἐλεγχον* docet, & de cognitione Dei &c. agit. E.

(3.) Verum hæc rationes non sunt tanti momenti.

Ad 1. enim & circa res necessarias versari hic idem esse, ac circa res demonstrabiles, cujus causa dari poterit, aliàs sanè & in politia dantur Leges naturales, quæ aliter se habere non possunt, ut in Disp. de legibus à Dn. M. præside suo loco fuit demonstratum. Imò si Theologia naturalis esset conscribenda, quomodo Deus sit colendus, & parentes honorandi, ad nullam aliam partem, quam ad Politiam, quæ commune bonum efficit, esset referenda, imò res immobilis veritatis in practicis dantur, tamque certæ veritatis ac in contemplativis. v. g. Hic Syll. Quæ Lex naturalis prohibet, illa conscientiam mordet, at illegitimus gradus est talis. E. Et hic Syll. omne vnum est verum, Ens est vnum. E. Sed causæ demonstrabiles *διον* in practicis dari non possunt, monstra enim mihi, in Theol quare Deus sit Triunus &c. Et si articulorum fidei daretur causa, non amplius essent articuli, veritas æque datur in practicis ac in contemplativis, hæc autem non efficit contemplativam scientiam.

Ad 2. & esse petitum à fine non ultimo sed intermedio, ultimus enim finis determinat omnem actionem: Et si ob hanc rationem velis dicere Theologiam contemplativam, quia *πῶσις*

præsupponitur, æquænam disciplina, non contemplativa erit. In practicis & politicis æquè *γῶσις* & præceptorum cognitio, falsarum sententiarum refutatio præsupponitur, ac in theoreticis, at hæc non facit statim theoreticam disciplinam. Et licet agat de cognitione Dei, attamen non quævis cognitio facit discip. theor. sed tantum ea quæ ad praxin per se non dirigitur, cognitio autem Dei theologica ad praxin per se dirigitur.

(4.) Concludimus E. his tribus Syll. 1. Nulla disciplina est habitus mixtus, esset enim monstrum *τὸς φῶτε*, sed vel habitus contemplativus vel practicus. Sic æquè possum dicere, physicam esse Habitum practicum, nam & illa allicit ad Amorem Dei, sed non allicit practicè, peculiaria præcepta conscribenda, sed occasionaliter; Et licet finis discantis physicam sit practicus, tamen non finis doctrinæ, nam solent esse diversa. E. Theol. non est Theoretica.

II. Contemplativus habitus est eorum, quæ tantum contemplantur, Theologia non est eorum quæ tantum contemplantur. E.

III. Cujus finis ultimus est praxis, illa disciplina in totum est practica, Theologiæ autem finis ult. est talis, v. g. glorificatio Dei & æterna animarum nostrarum salus seu beata vita. E.

II. *An etiam fides data vel hostibus vel discrepantis Religionis hominibus firmiter sit servanda?*

(1.) Fidem datam hostibus, hæreticisq; integrè ac inviolatè servandam esse, rationibus Politicorum abundè & rotundè demonstrari possit, verum quia & S. Scriptura hac de re firmiores Supperat, illam remotis alijs, intuebimur.

(2.) Cohors pontificiorum nobiscum litigans tam politicas quam Theologicas rejicit. Sic enim Simanca Episcopus Pacensis de Cathol. instit. C. 46. num. 52. inquit, nullo modo fides hæreticis servanda est, etiamsi juramento firmata sit. Item Cardinalis Hofius ad Reg. pol. Epist. 197. 202. 210. Licet Rex juramento obstrictus sit ad defendendum tam hæreticos quàm catholicos regni sui subditos, nulla tamen ratione tenetur ad præstandum quod promissit. Hanc praxin pontificiorum gustavit Johan Huf, Hieronymus Pragensis, & ministri verbi in Austria Superiori, & Holandi in Belgio. An verò sint tales sedisfragi Laudandi, an vituperandi, quilibet judicabit.

(3.) Spi-

(3.) Spiritus S. nos longè aliter informat, inquiens, promissum, pietati non adversum, factò ipso præstetur. vid. Lev. 19. et. 12. Matth. 5. 34. 37. Eph. 4. 25.

(4.) Sic fidem firmiter etiam Idololatris servarunt & fœdus cum illis inierunt Abraham, Mamre Regibus Escol & Anere contra Reges orientales Gen. 14. v. 13. Jacob fœdus pangit cum Laban Idololatra Gen. 31. v. 44. Josua in fœdus admittit Idololatas Gibeonitas Josua 9. v. 15. 19. & quamvis illum fefelissent, tamen fidem illis præstat. Si pœnas aspexerimus, invenimus eas semper fuisse grandes in ejusmodi violatores. Saul violans fœdus Gibeonitis grave malum & suæ familiæ & toti regno accersit, regnum enim triennali fame affligitur, quæ etiam non nisi nece septem filiorum Saulis averti potuit. 2. sam. 21. 6. Moabita cadunt in prælio quod non servassent fidem Regi Israel 2. Reg. 3. v. 5. 21. Hosea Rex in captivitate abducitur. 2. Reg. 17. 4.

(5.) Concludimus E. omnibus fidem servendam etiam Turcis, nisi expressè contra Majestatem div. currat, moti inprimis hoc arg. Quicquid fundamentum Reip. diruit, concordiam disturbat illud est contra naturales Leges, & non violandum. Atqui fidem hæreticis &c. non servare &c. E.

III. *Quanam sit causa corrumpens Resp.?*

(1.) Quemadmodum ad Medicum Spectat consideratio tam Sanitatis quàm ægritudinis, ita politicum intueri oportet non solum quæ pestis, sed etiam quæ remedia sunt & veluti alexipharmaca civitatis. Arist. lib. 4. 2. De causis verò destruentibus Remp. in Specie & in genere possit aliquid dici; & quidem in Specie quid Democratiam destruat, quid Aristocratiam, quid Oligarchiam, quid deniq; Monarchiam? sed placet hac vice in genere tantum nostram mentem excutere, quoniam de prioribus Arist. 5. pol. 5. 6. 7.

(2.) Primam autem conversionis Rerumpb. causam in natura positam deprehendimus, sicuti enim quævis sublunaria in motu sunt & sua fata vident, ita & Resp. licet optimè constitutæ tandem mutantur & pereunt. Plato lib. 8. pol. 2. (2.) Injustitiam quæ jam in toto mundo incrementa sumsit, ita ut nulla fides pietasq; inveniatur, (3.) Ignorantiam & incitiam, (4.) Ingratitudinem & contumaciam subditorum qua de re Plato 8. pol. Arist. 5. c. 1. Junius part. 1. q. 5.

(3) Et

(3.) *Et si ex mutua oppositione aliquid concludere velimus, En, scimus (1.) Religionem & pietatem esse fundamenta Reip. plato 2. pol. hisce sublati simul fidem & societatem generis humani tolli & Justitiam, quæ tamen Regis solium interdum firmat Prov. 16. (2.) Sapientiam, neq; enim magnificis murorum structuris, neq; numerosa civium multitudine continetur civitas, sed sapientia & moderatione Gubernatorum, Isocr. 3. Concordiam & dissidiorum fugam. vti enim concordia res parvæ crescunt, ita discordia maximæ dilabuntur.*

(4.) *Verum enim v. nimis longum esset omnes rationes huc adponere, filum abrumpimus, Concludentes, si hæc jam recensita Remp. conservant E. illa quæ his contrariantur illam destruent & evertent: Neq; morantes alios, quicquid etiam de syderibus, numerisq; platonice dicant.*

IV. An Adam cum suis posteris, si non lapsus, etiam somnum cepisset.

(1.) *Hanc quæstionem perpensitantes dicimus & statui-
mus hominem etiam ante lapsum somnum cepisse. Et licet som-
nus Adami non fuisset ob redintegrationem virium amissarum
ex morbo aut Lassitudiue, fuisset tamen ob solam oblectatio-
nem & synceram voluptatem ab externis functionibus cessandi.
Et hoc imprimis ob eam rationem, quia Moses expresse asserit,
Adam ante lapsum dormivisse, his verbis: Et immisit Deus som-
num gravem in Adam & obdormiebat. Non attendimus hic
illorum sententiam, Adam tantum fuisse in *enecod* & non dor-
mivisse; concedimus quidem, quod illius sopor etiã fuerit *enecoris*
cum mysteria incarnationis cognovit, ut indicant verba hæc,
hoc est, os de esse meo &c. interim autem non excludimus som-
num.*

(2.) *Accedit & hoc ubi alimentum ibi vaporatio, quæ
est causa somni, atqui in Adamo fuit alimentum, E. in illo quoq;
vaporatio, licet non tam crassa quæ caput aggravat. Et sic per
consequens somnus. Min. prob. quia Deus omnes fructus para-
dysaicos in usum & cibum ejus Creaverat, & ut de omnibus,
excepto ligno vitæ, commederet, mandaverat.*

V. An Ignis & Aqua ante lapsum nocere potuissent?

(1.) *Hanc quæstionem licet antea tractatam non viderim,
aut*

sunt si tractata, forsân à paucis, attamen in partem negantem inclinò, ob duas inprimis rationes.

(2.) I. Enim hæc duo Elementa nocent, Ignis urendo, Aqua suffocando, per insipientiam & imprudentiam, ast hæc ante lapsum penes Adam non locum habuissent, quia erat omnium Sapientissimus, & sapientiæ & prudentiæ primus existeret, suamq; sapientiam à Deo habebat.

(3.) Deinde nocent hæc Elementa, uti unicuiq; notum propter pœnam. Jam & ante lapsum non fuisset pœna & vindicta, quia pœna nihil aliud est, quàm commissi peccati vindicta, & iusta sceleris retributio. Quò modò E. hæc elementa hominibus non lapsis nocere potuissent non satis video, cum adhuc nihil mali fecissent? Erant inculpabiles, & omne quod nobis jam post lapsum nocet, hoc ratione commissi peccati fit. Statuimus E. hominibus non lapsis hæc Elementa damnum inferre non potuisse.

VI. *An Iris fuerit ante diluuium?*

(1.) An Iris ante diluuium fuerit non immeritò dubitatur, inprimis cum expressè dicat Deus Gen. 9. v. 14. cum obduero Cœlū nubibus, apparebit in illis arcus meus. E. dicūt quidā tunc demum apparuit, antea non fuit. Sed sit ut sit, à communi sententia tamen hac vice non discedemus, sed potius statuemus illam fuisse ante diluuium. (1.) quia Deus intra Spacium 6. dierum omnia condidit, septimo autem ab omni opere creationis novæ cessavit: insimul & hoc sciendum, quod distinguendum puto inter rem ipsam, sc. iridem & officium ejus, non ibo in fittias, ante diluuium hoc officium habuisse, quod jam, nim. non fuit signum fœderis. Do exemplum. Aqua semper in rerum natura fuit, priusquam fuit adhibita in locum Baptismi ut esset aqua regenerationis. Sic Laurus longè ante existere potest, quam ut hoc signum capiat ut indigitet poetam coronatum vel laureatum. Simili modo concludo de iride illam longè ante diluuium extitisse, licet non fuerit signum & habuerit officium, quod jam ex singulari Dei ordinatione accepit. Interim illis qui extra Ecclesiam vivunt adhuc est merè res physica, & meteorum naturale.

(2.) Si iris non fuisset ante diluuium, ratio aliqua probabilis assignari posset, sed vix aliquam video. Nubem enim quod
attinet,

attinet, tanquam causam materialem, & receptionem Luminis solis, illam ante diluuium fuisse, clamat tota philosophantium cohors: Adhæc solem ut causam efficientem collustrationis ac Luminis, quod in nubem jacitur etiam ante apparuisse, nemo sanus negabit. Tandem & locus ei non fuit denegatus, nam illum quem jam ex instituto divino occupat, illum & ante diluuium habere potuit. Objectiones si quæ sunt ex his positis facillè resolvi possunt. Concludimus ergo intrepidè in idem etiam ante diluuium extitisse.

VII. *An rationes probabiles & firmæ possint dari iure tormentis bellicis hodiè utendum esse?*

(1.) Hanc quæstionem à politicis ante nos fuisse tractatam libenter concedo, sed an etiam iure illis uti possimus, & an licita sint instrumenta defensoria adhuc valde disceptatur, imprimis, quia & nuper ex habito quodam discursu percepi ex S. Scriptura hæc instrumenta tanquam legitima non posse defendi. Et licet facillè concederem non posse ex illa probari, quia pauca de his loca dantur, attamen non puto statim illa esse illegitima & repudianda, (1.) quia & 2. Paral. 26. v. 15. Legitur in historia de Ussia Rege Juda, quod machinas Hierosolymis confecerit & usurpaverit. Sic enim sonant verba, & fecit in Jerusalem diversi generis machinas, quas in turribus collocavit, & sagittas & Saxa grandia. (2.) Idem peti potest ex Deut. 20. v. 20. Ubi Deus ipse varia ligna, exceptis frugiferis, excidi, ijsq; ad machinas urbibus expugnandis accommodatas adhibere præcepit. Ex his ergo satis probabiliter & firmiter colligo illa licita esse, quia & in V. T. fuerunt usurpata, & Deus illa non interdixit, & quanquam non in tali forma, uti apud nos hodiè sunt tormenta, fuerunt tamen jaculatoria.

(2.) Hinc & Arist. unâ cum alijs historicis testatur veteres quoq; permultis usos fuisse tormentis. 7. pol. 10. & Josephus lib. 6. de bell. ind. dicit illis & Romanenses non caruisse.

(3.) Accedit & hæc ratio quod vis & efficacia major in ejusmodi tormentis quam armis appareat. (4.) Tandem & propter insignem usum non repudianda duco, nam bella citius finiuntur, vires commodius expugnatur, & uti murorum ad defendendum, sic tormentorum ad offendendum justo loco & tempore adhibitorum, usus potest esse honestus ac licitus.

(4.) Hæc

(4.) Hæc sunt nostra fundamenta, contra quæ tanquam nodum Gordium & Clypeum Achillis nobis obverris unum atq; alterum: 1. quod magno impedimento sint ijs hæc tormenta, qui aliàs fortitudine & virtute bellica sint illustres. (2. quod hoc balistæ genus modò Anno 1380. sit inventum à Monacho quodam Bartholomæo Suarez, cui à fragore terribili nomen Bombardæ imposuit. (3.) quod contra ejusmodi tormentorum vim nec mænia nec turres consistere queant. Et Lutherus de illis dixit quod sint merum Sathanæ inventum, ideoq; teterima, periculosissimaq; nominavit. Tandem & sumtus objicis. Verum hæc tua tantæ autoritatis non sunt, & in bilance cum nostris rationibus ponderata, suâ Sponte cadunt. Ubi enim necessitas & salus Reip. consideratur, ibi non attenditur an impedimento sint? à quo inventa? neq; sumtus curantur &c. Quæ tamen si urseris publicè respondebimus.

VIII. *Quodnam Elementum sit præstantioris naturæ?*

(1.) Hic quid dicendum hæsito, quodlibet enim certo respectu excellentis naturæ videtur. Pindarus vult aquam, quia principium omnium rerum est. Alij terram, ob insignem utilitatem. Galenus & Avicenna aetem, quia omnes alit. Nos v. istis rejectis Ignem præstantioris naturæ præcæteris statuimus: Idq; ob duplicem rationem.

I. Ratione Loci. II. Ratione Actionis.

(2.) Quoad Locum, scimus Ignem in mundo sublunari principem inter omnia Elementa locum à natura sibi tributum obtinere. Ordo enim quæ divina res in natura est (Scal. exerc. 2.) postulat, ut corpora quo nobiliora, eò sublimiorem occupent locum & contra: Cum ergò ignis summus sit, sequitur etiam excellentioris naturæ reliquis esse.

(3.) Quoad Actionem dicimus illum habere operosioris alijs. Calor enim omnium qualitatuum longè acutiorem & penetrantiorem vim habet, insuper & in rebus producendis suum confert commodum, dum eas calore suo fovet & exinde etiam Fons vitæ dicitur. Unde non immeritò excellentioris naturæ pronunciat.

IX. *An dentur Antipodes?*

(1.) Antipodes dicuntur, qui è regione nobis à contraria parte terræ, adversis vestigijs stant contra nostra vestigia, Cicero

lib. 4. Acad. q. Hos non solum negavit Cicero d. 1. sed & plinius lib. 2. Nat. hist. c. 65. Et August. l. 16. de c. D. c. 9. agitati his argumentis, quanquam uti Apianus, stramineis. 1. Sidantur Antipodes oportet illos esse pendulos & in Cælum deciderent. 2. si dantur Antipodes, E. sunt quidam homines qui non orti ex Adamo. Consequenter. Qui enim ex Adamo, illos Moses nominat fuisse in nostra terra cis Oceanum dispersos, nullos autem tradit transisse Oceanum.

His & alijs volunt evincere, non dari Antipodes.

Ast nos potius cum doctioribus in affirmativam descendimus, probantes id ex Ratione & Experientia.

(2.) Ex Ratione, quia terra est Sphærica, & hanc rationem esse firmissimam statuit mecum Jacobus Milichius. E. uti in hac parte habitant Homines ita & infra nos debent habitare. Et certum est solem quotidie circulari motu ferri circa universam terram ad illuminandam illam, calefaciendam & vegetandam. Jam autem videmus illum non semper manere supra id terræ hæmisphærium, quod nostro Horizonti subjacet sed modo occidere, modo oriri. E. quando sol nobis occidit necesse est aliam esse terram ubi oriatur; & contra quando nobis oritur, ubi idem occidat. Aliàs sequeretur. 1. solem infra nostrum hæmisphærium commorantem planè esse otiosum neque fungi ijs officijs, ad quæ à Deo in usum generis humani est creatus, quod *αἰῶνος* est. 2. Luna etiam & aliæ stellæ frustra partibus istis Lumen præberent. 3. Longè maxima pars terra esset in habitabilis & frustra condita, cum ut philosophus vult 1. de Cælo §. 32. *ὁ θεὸς καὶ ἡ φύσις εἶεν μάτην πύθον.* Ad hæc accedit Experientia quæ fuit deprehensum multos populos reperiri, quorum pedes nostris oppositi essent, uti ex navigationibus Hispanorum in Americam & Indiam Orientalem, & Belgarum in Grunlandiam, Lappiam &c. satis constat. Et Ludovicus Vartomannus in itineribus suis æquè hæc testatur.

(3.) Ad obj. 1. & idem & de nobis dici posse. 2. sciendum quod omne grave tendat ad suum centrum, quia ergo & Antipodes graves & in suo centro sunt, non possunt decidere, caderent enim sursum. In 2. N. C. Ac licet Moses non scribat quosdam homines Oceanum transisse, tamen N. C. nullos transisse. Et Moysi tantum propositum fuit in sua historia describere & demonstrare initium & progressum Ecclesiæ.

X. An

X. *An propria possint Communicari?*

(1.) Ut hanc quæstionem meliùs percipiamus, dicimus nos hic non loqui an propria *vera* *Εωννῶς* transitive sed an *μεταδοτικῶς* per *συνδρασιν* i. e. consociationem & conjunctionem possint communicari, quando id quod unius proprium est & manet, nihil ominis Cum, in, & per aliud sibi quoquo modo unitum vim suam exerit.

(2.) Hic nostra thesis affir. triumphat, cujus stabilimenta & fulcimenta non tantum in naturalibus sed & super naturalibus habemus. In naturalibus scimus i. proprium generis esse communicabile Speciei. E. quoddam proprium potest communicari, quod est contra adversarios, inprimis Keckermannum lib. 1. System. log. c. 21. p. 184. &c.

2. Proprium patris reverà communicatur toti. E. Anteced. N. Timpl. neq; forma suo formato aliquid potest communicare &c. verum facile hoc anteced. potest probari, à proprietatibus animæ (à potentia intelligendi & volendi quæ ab anima) ad suum totum. Et corpus dicitur animatum, vivum & sentiens, (aliàs enim non viveret) habet ergò vitam &c. vel per *ζοίαν* & per se, vel *νοησίαν*: non istud. E. hoc. Est itaq; eadem vita, quam habet corpus, ipsi ab anima communicata, ut enim una anima, ita & unius animæ vnam vitam credimus. E. proprium *κατὰ συνδρασµὸν* est communicabile. Et dicat aliquis quid velit effugere tamen communicationem proprii non poterit. Sive E, vitam corporis aliam sive eandem cum vita animæ dicas, ab anima tamen fluit, corpori autem per communicationem data est. Et supervacaneum est multiplicare vitam, ubi una sufficit.

Excipit quidem Galenus vita animæ manet, at corporis interit. E. est dupl. vita. Sed R; falsum est quod corporis vita intereat, moriente enim corpore, vita corporis non interit, sed unà cū anima, principio suo, salva & incorrupta abit Et ut sole occidente Lux non interit, sed cum sole abit, ita & hic fit cum vita.

(3.) Eodem etiam argumento probatur calorem ab igne communicari ferro ignito, ferrum enim usurpat illum calorem ad urendum, qui est in igne, ut ejus naturalis proprietas.

(4.) Neq; est quod obj. uno communicato, omnia communicari, & per conseq. totam essentiam, quia æqualiter sunt

conne-

connexa. & enim. i. N. C. à parte ad totum: quia licet anima com munitet composito potentiam intelligendi &c. tamen non invisibilitatem incorporeitatem, immortalitatem vid. Thom. 3. p. q. 16. a. 8. Et quamvis anima non minus habet sibi connexam invisibilitatem ac potentiam intelligendi, tamen hâc communicata, illam non communicat. Idem in ferro ignito iudicium. 2. q. D. inter proprietates, quæ ita sunt essentielles, ut ab aliqua re, e. g. anima, distingui nequeant, ut Spiritualitas & immortalitas &c. & dicuntur ἀποιώγηται, & inter proprietates, quæ transmitti aliò possunt, ut vitalis, sentiens, motrix &c. & hæc dicuntur κοινώητοι.

In Supernaturalibus, cum divina *ιδιώματα τῆ λόγῃ* humanæ Christi naturæ in S. literis realiter communicata legimus Joh. 6. 51. Phil. 2. 9. Dan. 7. 13. Col. 2. 3. Joh. 5. 27. de quibus omnibus, si alicui libuerit disputare publicè, & calv. obj. proferre, nos promptos habebit.

O Deus qui regis omnia, rege nos quoq; ut curramus recto itinere ad arcem veritatis, pietatis, eruditionis & tandem æternæ felicitatis.

COROLLARIA

1. *An pontificiorum de animarum apparitione sic erronea? Aff.*
2. *An infantes possint dici perfecti homines? Aff.*
3. *An in Deum cadant affectus, si ve Spiritus? N.*
4. *An Cælum stellarum formam habeat assistentem an informantem? N. Ant.*
5. *An primi homines si edissent de ligno vitæ juventutis florem Semper retinuisent? Aff.*



(4.) Hæc sunt nostra fundamenta, con-
 nodum Gordium & Clypeum Achillis nobis ob-
 alterum. 1. quod magno impedimento sint ij
 qui alias fortitudine & virtute bellica sint illustri
 hoc balista genus modò Anno 1380. sit inven-
 quodam Bartholomæo Suarez, cui à fragore
 Bombardæ imposuit. (3.) quod contra ejus-
 rum vim nec mænia nec turres consistere que-
 de illis dixit quod sint merum Sathanae inventu-
 rima, periculossimamq; nominavit. Tandem &
 Verum hæc tua tantæ autoritatis non sunt, & in-
 stris rationibus ponderata, sua Sponte cadunt.
 fitas & salus Reip. consideratur, ibi non attendi-
 mento sint? à quo inventa? neq; sumtus curantur
 si urseris publice respondebimus.

VIII. *Quodnam Elementum sit præstantius*

(1.) Hic quid dicendum hæsitò, quod lib-
 spectu excellentis naturæ videtur. Pindarus
 principium omnium rerum est. Alij terram, ob-
 tem. Galenus & Avicenna aerem, quia omnia
 rejectis Ignem præstantioris naturæ præceter
 ob duplicem rationem.


I. Ratione Loci. II. Ratione Actionis.

(2.) Quoad Locum, scimus Ignem in
 principem inter omnia Elementa locum à natura
 obtinere. Ordo enim quæ divina res in natura
 postulat, ut corpora quo nobiliora, eò sublimi-
 locum & contra: Cum ergò ignis summus sit
 excellentioris naturæ reliquis esse.

(3.) Quoad Actionem dicimus illum
 rem alijs. Calor enim omnium qualitatuum lo-
 penetrantiorem vim habet, insuper & in rebu-
 um confert commodum, dum eas calore suo fru-
 jam Fons vitæ dicitur. Unde non immeritò ex-
 ra pronuntiatur.

IX. *An dentur Antipodes?*

(1.) Antipodes dicuntur, qui è regione
 parte terræ, adversis vestigijs stant contra nos



the scale towards document